

Petrus Thomicki Episcopus Cracoviensis  
Vice Cancellarius Bone Regine Po-  
lonie. —

78

Sacra Reginalis Maiestas & domina, Domina. Clemen-  
tissima. Post humilem devotissimam & orationum mea-  
rum commendationem. Quando ab initio res in deli-  
berationem inter Consiliarios Regni et terrarum  
Nuncios posita erat, mercenarione et conductio mi-  
litem vel domesticis vocatis nobilibus foret utilius con-  
tra Valachum & Tartaros expeditionem favere, pla-  
cuerat tum omnibus ex multis rationibus contribuere  
potius aliquid instipendium militibus, quam se ip-  
sos in commedis et periculis obijere, quum hac ra-  
tione etiam non modo rem familiarem, a se negli-  
gi oportere, sed in vicem alterum alterius bonis ini-  
uriam inferre debere intelligerint. Quando autem  
de numero decem millium militum, quibus in sti-  
pendium ex singulis Lancis agrorum triginta gros-  
sos contribuere necesse foret, nuncios terrarum per  
Maiestatem Regiam & Dominos Regni Consiliari-  
os propositum erat, et siquidem per aliquot dies in-  
ter se super hoc consultaverint, iniquam tamen  
contribuendi rationem proposuerunt; eam nempe  
ut ex singulis Lancis Dominus decem grosos, ru-  
sticus

vultius alios Deum, et qui Deumam capit tertios De-  
um. Huc ratio cum et Maiestatis Regia, et Dominis  
Consiliariis iniqua, spiritualibus vero, qui ab oneribus  
bellicis, immunes essent, intolerabilis esse videretur,  
Et illi pertinaciter, neque proponere equiorem ratio-  
nem, neque hanc, que per Maiestatem Regiam  
et Dominos Consiliarios, proposita fuerat, acceptare,  
voluissent, decretum est utrinque, et nebulium dome-  
sticorum, secundum cuiusque debitum, fiat expeditio,  
et ita hodie rursus ab omnibus. Quod si ego diffi-  
culter, in alteram partem immutari posse, censeam  
sunt tamen non nulli, qui faciunt contrarium: Quod  
ut unquam se habebit, ego Maiestati vestre scribere  
non negligam. Me et seruitutem meam rursus  
humiliter commendo Sacrae Vestre Maiestati, quam  
felicissimam esse semper atque in multos annos cum  
Reuerentissimis Regibus et reliquis liberis in columnam  
vehementer Desidero. Datum Piotroviae, Die XXI.  
Decembris anno Domini MDLXX.